

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

De sperandis. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](#)

## DE RHETORICA ECCLES.

quia in Spiritu sancto sunt congregata, assentiendum; &  
sanctis Doctoribus, si inter se consentiant. Non credendum  
sathanæ, perenni animarum nostrarum hosti, scelestam  
dogmatum nouitatem sugerenti. non credendum eius  
discipulis hereticis, puritatè catholicæ fidei malitiosè &  
impiè contaminantibus: non credendum proprio ingenio,  
neque cuius in rebus ad fidem pertinentibus.

### De sperandis. Cap. VII.

ET quia, veluti fidelissima comes, fidē sequitur spes,  
proponet Ecclesiasticus orator, speranda esse omnia  
bona à clementissimo cali & terra domino, & à patre  
misericordiarum Deo: habere nos aduocatum Dominum  
noscum I E S V M C H R I S T V M, cuius preciosissi-  
mo sanguine, à satanæ tyrannide liberati sumus: illum  
pro nobis orare: sperandam esse vitam æternam, eamque  
auidè expectandam, hoc est, visionem & fruitionem Dei,  
consortium Angelorum, & vitam periculis & molestijs  
omnibus vacuam, cœlestibus & perpetuis bonis abundan-  
tem. Moneat sèpè populum Dei, nè inani quadam fidu-  
cia se ipse fallat: sciat misericordem esse dominum & iu-  
stum: fidem operibus comprobandam esse: non esse Deum  
ad iracundiam prouocandum, à quo innumerabilibus af-  
fecti sumus beneficijs, & in quæ speramus. Quod si quem-  
piam desperare suspicabitur, beati Augustini verba pote-  
rit commemorare: Respira peccator, respira, nè despe-  
res: spera in eum, quem times: confuge ad eum: inuoca  
opportune, quem superbè prouocasti.

De